

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Superbia p
cum fonte primo

Superbia nacione celestis
sublimium appetit mentes et quasi ad
proprios reuolans ortus appetit gloriam
et puritatem hominum irrumpere, que
de gloria et puritate angelorum erupit

ut quos inuenit participes
nature faciat consortes ruine.

Ieronymus.

Superbia natione coelestis,
sublimes appetit mentes, et velut ad
proprios ortus revolans, in gloriam
et puritatem irrumpit hominum, quae
a gloria et puritate prorupit angelorum.
Ea prius in coelis, dehinc in terra
triumphans, sic angelis innata est, ut ab
eis non recederet; sic homines infecit, ut
a Deo separaret. Et quasi modicum
profecerit, cum angelum dejecit et
hominem, adjecit tentare Deum pariter et
hominem,
ut quem videbat similis consortem
naturae, consortem faceret et ruinae.

Hildebertus Cenomanensis, *Epistolae*,
10 (PL 171, col.165C-D).